# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.
## Fasciculus 9.
Pagine 413-444.

## Proprium de tempore.
## In die sanctorum innocentium.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2008.
Revised July 2008, October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.



# ℂ *Die sanctorum innocentium.*

## *Ad matutinas.*

[*Quattuor pueri rectores in cappis sericis ad gradum chori dicant hoc*][1]

Invitatorium. VI.i.

AS:67; 1519:78r; 1531:37v.[2]



V E-ní- te * a-do-rémus Dó- mi- num. †Qui in 1173.



sanctis glo-ri- ó-sus est. *Ps.* Ve- ní- te. 30*.

1519:78r; 1531:37v.

Hymn. III.



S Anctó-rum mé-ri-tis. [742].

## *In j. nocturno.*

AS:67; 1519:78r; 1531:37v.[3]

3035. 1. Ant. I.i.




AS:67; 1519:78v; 1531:37v.[4]

2. Ant. II.i. 1794.



AS:68; 1519:78v; 1531:37v.[5]

3. Ant. III.v.

 1484.

AR- ri-dé-bat * párvu-lus occi-só-ri glá-di-o, adjo-



ca-bá-tur infántu-lus nutrí-cis lo-co : attendé-bat lactens



percussó-ris hor-ró-rem. *Ps.* In Dómino confído. (*x.*) [19].

℣. Letámini in Dómino. [195].

[*Hac die ad omnes lectiones episcopus puerorum benedictionem dabit.*][6]

❡ *Severianus.* ❡ *Lectio prima.*

ZElus quo tendat, quo prosíliat livor, invídia quo ferátur : Herodiána hódie patefécit immánitas. Que dum temporális regni emulátur angústias : etérni regis ortum mólitur extínguere. Heródes enim videns quia illúsus esset a magis : misit in Béthleem, et occídit omnes púeros qui erant in ea, et in ómnibus fínibus ejus. Dolet impíetas se esse illúsam : dilátans se crudélitas furit. Fremit dolósitas se esse decéptam : et in se fraus revérsa collíditur. Heródes stridet, cadens ipse in láqueum quem teténdit : hinc iniquitátem quam condíderat eváginat. De fide perfídie sumit arma : terréno querit furóre quem natum célitus non credit. Ad sinum matrum : mílitum cogit castra. Inter úbera arcem pietátis oppúgnat. In téneris ubéribus ferrum durat. Lac fudit ántequam sánguinem : dat ante mortem sentíre quam vitam, ténebras íngerit intrántibus lucem. Sic agit magíster mali, mínister doli, ire ártifex, invéntor scéleris, impietátis auctor, pietátis predo, inimícus innocéntie, hostis natúre : suis pejor, péssimus sibi. Quem Christus non ut eváderet : sed ne viderétur aufúgit. Tu autem.

AS:68; 1519:78v; 1531:37v.[7]

7713. 1. Resp. VII.




7713a.



*Lectio ij.*

HEródes obsídens terrénum regnum : impúgnat celéste. Terrénis ínhyans írruit in divína : ipsámque pietátem omni impietáte insectátur. Audíerat natum regem destinátus ad scelus, ad piáculum promptus : parátus ad crimen. Causas innocéntie non requírit : jus ábnegat, confúndit fasque nephásque. Cui nequítia est sodális, cui odiósa est équitas, iníquitas est semper amíca : qui cédibus vivit, qui se munit sánguine, qui crudelitátibus sevit, cui de timóre stat totum, de amóre nichil constat. Heródes tunc cecus sic Christum gládiis querit : invéstigat
[*38r.*] cruóre, crudelitáte rimátur. Successórem timens : incéssit in auctórem. Premit innocéntes : volens innocéntiam deperíre. Innocéntis causam facit nocéntium[8] crimen. Munus nati : natórum vertit in penam. Auctóris ortum : oriéntium mandat occásum. Negócium salvántis : salvandórum jubet esse discrímen. Quorum enim lingua tácuit, óculi nichil vidérunt, nil audiérunt aures, manus nil fecérunt : apud Heródem solum quod nati sunt hoc fuit crimen. Christus futurórum préscius, cónscius secretórum, cogitatiónum Judex, méntium perscrutátor : quare deséruit quos sciébat propter se queréndos esse, propter se nóverat occidéndos ? Natus Rex celéstis, quare negléxit mílites innocéntie sue ? Coetáneum sibi quare contémpsit exércitum ? Quare cunábulis [9] suis deputátas excúbias sic relíquit ? Fratres, Christus non despéxit suos mílites sed provéxit : quibus ante dedit triumpháre quam vívere, quos fecit cápere sine concertatióne victóriam, quos donávit corónis ántequam membris, quos vóluit virtútibus vícia preteríre, ante celum possidére quam terram. Premísit ergo Christus suos mílites : non amísit. Recépit suas ácies : non relíquit. Beáti quos natos martýrio vidémus esse : non século.

AS:68; 1519:79r; 1531:38r.[10]

2. Resp. IV.




7715.

7715a.




*Lectio tertia.*

BEáti qui labóres in réquiem, in refrigérium dolóres : meróres in gáudium commutárunt. Vivunt, vivunt. Quare vivunt ? Quia pro Christo meréntur occídi. Beáti ventres : qui portavérunt tales. Beáta úbera : que se tálibus infudérunt. Beáte láchrime que pro tálibus fuse : flétibus grátiam baptismátis contulérunt. Arridébat ígitur párvulus occisóri : gládio adjocabátur infántulus, nutrícis loco attendébat lactens percussóris horrórem. Matres tulérunt : quicquid et languóris éxtitit et dolóris. Nam gládius filiórum pertránsiens membra ad matrum corda devénit : et necésse est ut sint prémii consórtes, que fuérunt sócie passiónis. Non enim carébunt mártyris gáudio : martýrii láchrimas que fudérunt. Hoc loco atténdat áuditor, et intélligat martýrium non constáre per méritum : sed veníre per grátiam. In párvulis que volúntas, quod arbítrium ubi cáptiva fuit et ipsa natúra ? De martýrio ergo demus totum Deo : nichil nobis. Víncere dyábolum, corpus trádere, contémnere víscera, torménta expéndere, lassáre tortórem, cápere de injúriis glóriam, de morte vitam, non virtútis humáne : sed múneris est divíni.

AS:68; 1519:79r; 1531:38r.[11]

600580.

600580a.



## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:68; 1519:79v; 1531:38r.[12]

4. Ant. IV.i.



3952. NO-runt infántes * laudá-re De-um qui loqui non nó-



ve-rant : fi- unt pe-rí- ti lau-de qui fú-e-rant impé-ri- ti



sermóne. *Ps.* Dómine quis habitábit. (*xiv.*) [23].

AS:69; 1519:79v; 1531:38r.

5. Ant. V.i.



2667. E-rí-gi-tur í- taque * in-fánci- um e-tas in lau-dem :



que de-lictó-rum non nó- ve-rat crimen. *Ps.* Consérva me. (*xv.*) [25].

AS:69; 1519:79v; 1531:38r.[13]

6. Ant. VI.



2222. DIgnus * a dignis laudá-tur : et ínno-cens inno-cén-



ti- um testimó-ni- o compro- bá-tur. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Exúltent justi in conspéctu Dei. [195].

¶ *Sermo beati Johannis episcopi.* [*Crisostomi. Serm.* 31.] *Lectio iiij.*

DEdicátur novus ab infántibus sermo : in glóriam Dómini primam vocem apériunt innocéntes. Fiunt disérti laude : qui fúerant [14] impériti sermóne. Offerunt Dómino primítias lingue : novos oris ímmolant fructus, verbórum princípia libant. Infántia enim, que per etátem loqui non póterat : grátias Dei cum gáudio resonábat. Norunt laudáre Christum : qui loqui non nóverant. Fiunt períti laude : qui fúerant imperíti sermóne. Osténdunt láudibus Dóminum : suffrágiis prédicant Christum. Fiunt intérea púeri sine magístro disérti : docti sine doctóre, períti sine eruditóre. Agnóscunt infántes Christum, prédicant Dóminum, non quem persuásio humána docúerat : sed quem divínitas innocéntibus inspirábat. Cessant enim humána cum divína tractántur : quia humána ipsa prodésse non potérunt, nisi divinórum solátio subleventur. Necésse est enim terréna succúmbere, cum celéstia predicántur : naturália silére, cum virtútes loquúntur. Erígitur ítaque infántium etas in laudem : que delictórum non nóverat crimen. Dignus a dignis laudátur : et ínnocens innocéntium testimónio predicátur. Accípiunt enim a Christo et reddunt, consequúntur et réferunt. [*38v.*] Uno enim témpore et qui déderat récipit : et qui accéperat, reddit. Uno inquam témpore sua Christo reddúntur : dum ejus laudes illi ab infántibus referúntur.

AS:69; 1519:79v; 1531:38v.[15]

4. Resp. IV.



6624.

EF-fu-dé-runt * sángui-nem sanctó- rum ve-lut




6624a.




*Lectio quinta.*

DIximus de laude innocéntium. Quid de lacténtium láudibus proferémus ? Quorum laudem inveníre non póssumus : nisi eosípsos qui laudavérunt novérimus. Qui sint, ubi sint, quam nunc laudem intúlerint quero, qui loqui non norant ? Neque enim etas illa póterat posse quod natúra non déderat : aut celebrári a tálibus póterat quod institútio denegábat. Dicunt namque Dómino laudes : trucidáti ab Heróde lacténtes. Loquúntur sánguine : quod lingua non possunt. Passióne canunt : quod sermóne non norunt. Occísi prédicant : quod vivi non póterant. Nec novum quod dícitur ut ínnocens sanguis, aut Deo réferat laudes, aut suas índicet passiónes : cum Abel sanguis clamet ad celum, et occisórum ánime ab altári vociferéntur ad Deum. Cóntulit infántulis martýrium laudem : quibus negáverat natúra sermónem. Lícuit sánguine clamáre : quibus narráre non licébat voce. Lícuit sánguine loqui : quibus lingua non lícuit. Miscent cum Dómino collóquia : quibus humána negáta sunt verba. Occísis autem innocéntibus istis : impléta sunt prophétie verba dicéntis, Vox in Rama audíta est fletus et ploratiónis Rachel

flentis fílios suos : et nóluit consolári | quia non sunt.

AS:69; 1519:80r; 1531:38v.[16]

5. Resp. III.




7022.

7022z.

*Lectio vj.*

IN Ráchele duo divérsa conspício : fletum, et consolatiónis contémptum. Sed condítio a matre deflétur : spe autem glórie, consolátio humána contémnitur. Pietátis affécus in flétibus declarátur : sed pro occisórum glória, repúdium consolatióni indícitur. Pugnant enim in matre affécus et fides : humánitas cum devotióne decértat. Deflet humánitas : sed devótio consolátur. Lícuit enim matri humánitus flere : cui non lícuit consolatióne humánitus indígere. O beáta lacténtium glória : quibus cóntigit dedicáre martýria. Novos exércitus Christus probat : legiónes lacténtes victória perpetráta corónat. Fiunt pro Christo victóres :

qui etáte fúerant coequáles. Fiunt inquam infántes sine certámine fortes : sine pugna victóres. Norunt víncere : qui non norunt pugnáre. Exístunt victórie cómpotes : qui fúerant etáte imbélles. Mercántur prémium martý-rio, glóriam sánguine cómparant : etérnam vitam temporáli morte commútant. Nec tímuit illa etas mortem nec hórruit. Timére enim non pótuit : que timére non novit. Transmíttit infántes infans Christus ad celum. Offert nova exénnia Patri : primítias frúctuum exhíbet Genitóri. Osténdit futúram fecundíssimam ségetem : dum in sémine tantam exhíbet ubertátem. Cóntulit hóstilis immánitas infántibus multis martý-rium : dum infántem querit occídere Christum. Benefícium tríbuit cum occídit. Invíderet enim eórum glórie : si amáret. Sed álie sunt terréstres pugne : álie celéstes victórie. In prélio Christi moriéndo vívitur, cadéndo súrgitur : victória per intéritum comparátur. Tu autem Dómine [miserére nostri].

AS:69; 1519:80r; 1531:38v.[17]

601509. 6. Resp. VIII.




601509a.



non lí-cu- it : mis-cent cum Dómi-no collóqui- a, qui-bus hu-



má-na ne-gá- ta sunt verba. †Fi- unt. ℣. Gló-ri- a Pa-tri



et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sancto. ‡Qui fú- e-rant.

## ℂ *In tertio nocturno.*

AS:69; 1519:80v; 1531:38v.[18]

7. Ant. VII.i.



O I-cunt infántes * Dómi-no laudes tru-ci-dá- ti ab 2211.



He-róde : occí- si pre-dí- cant quod vi- vi non pó-te-rant.



*Ps.* Exultáte justi in Dómino. (*xxxij.*) [165].

AS:70; 1519:80v; 1531:38v.[19]

8. Ant. VIII.i.



L I-cu- it * sángui-ne loqui qui-bus lingua non lí-cu- 3627.



it, miscent cum Dómi-no collóqui- a qui-bus humá-na



ne-gá- ta sunt verba. *Ps.* Benedícam. (*xxxiij.*) [166].

AS:70; 1519:80v; 1531:38v.[20]

5427. 9. Ant. IV.i.



VIndi- ca * Dó-mi-ne sángui-nem sanc-tó-rum



tu- ó- rum qui effú-sus est. *Ps.* Deus venérunt gentes. (*lxxviij.*) [254].

℣. Justórum ánime in manu Dei sunt.

℟. Et non tanget illos torméntum malítie.

*Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum ij.* [13-18.].

[*39r.*]



IN illo témpore, Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens, Surge et áccipe púerum et matrem ejus, et fuge in Egýptum : et esto ibi usque dum dicam tibi. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri. vij. j. libri.*[21]

[*Verba Evangelii dicantur ab aliquo sacerdote in superpelliciis.* De morte preciosa martyrum.][22]

IN preciósa mártyrum Christi innocéntium morte : ómnium Christi mártyrum preciósa mors est designáta. Quod enim párvuli occísi sunt : signíficat per humilitátis méritum, ad martýrii perveniéndum glóriam. Quod in Béthleem occísi sunt, et in ómnibus fínibus ejus : osténdit non solum in Judéa unde ecclésie orígo cepit, sed et in ómnibus ejúsdem ecclésie fínibus quacúnque

per orbem parte diffúsa est, persecutiónem sevitúram perfidórum, et piórum patiéntiam esse coronándam. Qui a bimátu occísi sunt : doctrína et operatióne perféctos índicant. Qui vero infra : símplices vel ydiótas fídei tamen non ficte constántia fortes eque denúnciant. Quod illi quidem occísi sunt, sed Christus qui querebátur vivens evásit : insínuat córpora quidem ab ímpiis posse périmi, sed Christum pro quo persecútio tota sevit, nullátenus eis vel vivéntibus vel occísis posse auférri : sed eos veráciter contestári, quia Sive vívimus Dómino vívimus, sive mórimur Dómino mórimur. Sive enim vívimus sive mórimur : Dómini sumus. Tu [autem Dómine miserére nostri].

AS:70; 1519:81r; 1531:39r.[23]




7021.

7021a.

*Lectio octava.*

VAticínium autem Hieremíe quo dícitur Vox in Rama, id est in excélsis audíta est plorátus et ululátus, maniféste denúnciat luctum sancte ecclésie : que de injústa membrórum suórum nece gemit, non ut hostes gárriunt in vácuum cédere, sed usque ad sólium ascéndere supérni júdicis, et sicut prothomártyris Abel, ita étiam sánguinem ceterórum mártyrum de terra clamáre ad Dóminum. Quod Rachel plorásse fílios suos dícitur, nec voluísse consolári quia non sunt : signíficat ecclésiam ploráre quidem sanctórum de hoc século ablatiónem, sed non ita velle consolári, ut qui séculum morte vicérunt, rursus ad séculi certámina[24] secum tolleránda rédeant. Quia nimírum non sunt ultra revocándi in mundum, de cujus erúmnis semel evasérunt coronándi ad Christum. Per hoc quod Dóminus ne occiderétur ab Heróde sublátus est a paréntibus in Egíptum, datur exémplum fidélibus ne dúbitent rábiem persequéntium ubi opportúnum fúerit declináre fugiéndo : cum hoc Deum ac Dóminum suum fecísse memínerint. Síquidem ipse qui erat suis preceptúrus, Cum vos persecúti fúerint in civitáte ista, fúgite in áliam : prius fecit quod precépit, fugiéndo hóminem quasi homo in terra, quem magis paulo ante monstrávit stella de celo.

AS:70; 1519:81r; 1531:39r.[25]

6050. 8. Resp. VII.




6050b.




*Lectio nona.*

QUod occísis pro Dómino púeris, Heródes non longe post óbiit, et Joseph monénte ángelo púerum Jesum cum matre ad terram Israel redúxit : signíficat omnes perse-cutiónes que contra ecclésiam erant movénde, ipsórum persecutórum morte vindicándas, eisdémque mulctátis persecutóribus pacem ecclésie dénuo reddéndam, et sanctos qui latúerant ad loca sua esse reversúros. Opórtet fratres charíssimi quia primítias mártyrum hodiérna festivitáte venerámur, de etérna que in celis est mártyrum festivitáte sédule cogitémus : eo-rúmque vestígia inquantum póssumus sequéndo, et ipsi ejúsdem festivitátis supérne partícipes exístere curémus (testánte Apóstolo) quia si sócii passiónum fuérimus, simul et consolatiónis érimus. Nec tam de morte eórum lugeámus : quam de justa palme perceptióne letémur. Nam supérna Hierúsalem que est mater ómnium hinc eos expúlsos mox in áliam vitam, óbviis letície minístris excépit : atque in gáudium Dómini sui perpétuo coronándos introdúxit. Stant modo (ut Johánnes dicit) ante thronum Dei coronáti : qui quondam [39v.]
ante thronos júdicum terrenórum jacébant penis attríti. Stant in conspéctu Agni, nulla ratióne illic a contemplánda ejus glória separándi : a cujus hic amóre nec per supplícia potuérunt separári. Stolis fulgent albis, et palmas in mánibus habent : quia prémia in opéribus habent, dum córpora que pro Dómino omni penárum génere passi sunt dissipári, per resurrectiónem glorificáta recí-piunt. Magna voce salútem Deo decántant : quia magna gratiárum actióne récolunt, non sua virtúte, sed ipso auxiliánte, se tribulatiónum impugnántium certámina superásse.

℞. 9. Centum quadragínta. *ut supra ad vesperas* 403. *: et dicitur hic cum sua prosa : et cum versu.*

AS:70; Penpont:19v; 1519:82r.[26]



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i



Sanc-to. †I- de-o.

[ ℭ *Hic in ecclesia Sarum dicatur prosa propter solennitatem puerorum : alibi vero in ecclesiis parochialibus dicatur tantum scilicet prosa ad vesperas, versiculus ad matutinas ubi non fit processio : tunc episcopus in sede sua incipiat* Te Deum. [41].][27]

## [*Ante laudes.*]

[*Tunc episcopus ibidem dicat versiculi.*][28]

℣. Justi autem in perpétuum.[29] {591}.

## ℭ *In laudibus.*

AS:71; 1519:82r; 1521:39v.[30]

3032. 1. Ant. I.i.



HE-ró-des i-rá- tus * occí-dit multos pú- e-ros : in



Béthle- em Ju-de ci- vi-tá-te Da-vid. *Ps.* Dóminus regnávit.

decórem. (*xcij.*) [45].

AS:71; 1519:82v; 1531:39v.[31]

2. Ant.
II.i.



Abimá-tu et infra * occí-dit multos pú-e-ros 1187.



He-ródes propter Dómi-num. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:71; 1519:82v; 1531:39v.

3. Ant.
II.i.



Vox in Rama audí-ta est * plo-rá-tus et u-lu-lá-tus, 5508.



Rachel plo-rans fí-li- os su-os. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:71; 1519:82v; 1531:39v.[32]

4. Ant.
VIII.ii.



Sub thro- no De- i * omnes sanc-ti cla- mant : 5039.



Víndi- ca sángui-nem nostrum De- us noster. *Ps.* Benedícite.
(*Daniel iij.*) [48].

AS:71; 1519:82v; 1531:39v.[33]

202891. 5. Ant. I.iv.



LAudes reddant * pú-e-ri ti-bi Rex Sá-ba- oth :



qui per trophé- um per te factum, ex-últant inno-céntes.



*Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum. Apoc. xiv.* [1.]

VIdi supra montem Syon Agnum stantem : et cum eo centum quadragínta quátuor mília, habéntes nomen ejus et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

AS:71.

8386. Hymn. III.



REx glo-ri- ó-se. [773].

℣. Mirábilis Deus in sanctis suis. [192].

AS:71; 1519:82v; 1531:39v.[34]

3044. Ant. I.i.



HI sunt * qui cum mu-li- é-ri-bus non sunt co- in-



qui-ná- ti, vírgi-nes e-nim sunt : et sequúntur Agnum quo-



cúnque í- e-rit. *Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.* Deus cujus[35] hodiérna die. *ut supra.* 411.

## *Memoria de nativitate.*

*Ant.* Nésciens mater virgo. 337.

℣. Benedíctus qui venit. 322.

*Oratio.* Concéde quésumus. 323.

## *Memoria de sancto Stephano.*

*Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac antiphona* Lapidavérunt Stéphanum. *j. de laudibus.* 362. *ubi processio facta non fuerit : dicitur ant.* Lápides torréntes. *ij. de laudibus.* 362.

℣. Justus germinábit. 365.

*Oratio.* Da nobis quésumus. 334.

## *Memoria de sancto Johanne.*

*Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac antiphona* Valde honorándus est. 372. ℣. Annunciavérunt. [672]. *Oratio.* Ecclésiam tuam. 372.

*Ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant.* Hic est discípulus. *j. de laudibus.* 396. ℣. Valde honorándus. 372. *Oratio.* Ecclésiam tuam. 372.

*Dictis memoriis : dicat episcopus puerorum benedictionem super populum, sicut et post completorium supra dictum est.* 409.

## ℭ *Ad j.*

*Ant.* Heródes irátus. *j. de laudibus.* 430.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* A bimátu. *ij. de laudibus.* 431.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [132].

*Cap.* Vidi supra montem. 432.

*Responsoria et versus de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicuntur cum* Allelúya. *Et responsiones versuum sine* Allelúya. *dicuntur.*

AS:71.[36]

7065.
7065a.




[*Episcopus puerorum in sede sua ad omnes horas dicat orationem cum* Dóminus vobíscum. *et cum* Benedicámus Dómino.][37]

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Vox in Rama. *iij. de laudibus.* 431.

*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Capitulum.* *Apoc.* 14. [4.]

HI sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti : vírgines enim sunt.

Resp. VI.



EX- últent justi in conspéctu De- i. †Alle- lú- ya al- 6705.



le- lú- ya. *ij.* ℣. Et de- lecténtur in le- tí- ci- a. †Alle- lú- ya. 6705a.



℣. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi- rí- tu- i Sancto.



Exúltent. [38]

## Ad nonam.

*Ant.* Sub throno. *iiij. de laudibus.* 431.

*Ps.* Mirabília testimónia tua. (*cxviij. ix.*) [150].

*Capitulum.* *Apoc.* 14. [4, 5.]

HI empti sunt ex ómnibus [39] primítie Deo et Agno : et in ore eórum non est invéntum mendácium.

Resp. VI.



JUstó- rum á- nime in ma- nu De- i sunt. †Alle- lú- ya 7055.

7055a. 

al-le-lú-ya. *ij.* ℣. Et non tangent il-los torméntum ma-lí-



ci- e. †Alle- lú-ya. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-

 40

rí-tu- i Sancto. Justó-rum.

## ℂ *Ad vesperas.*

*Ant.* Tecum princípium. 328.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. [*&c.*]

*Cap.* Vidi supra montem. 432.

℟. [9.] Centum quadragínta. 4033.

ℂ *Hoc responsorium ab uno solo puero incipiatur ad gradum chori in capa serica, et suus versus ab omnibus pueris in superpelliciis cantetur in statione puerorum, cum prosa si placet : et etiam cum* Glória Patri.

AS:72.

Hymn. III.  8386.

REx glo-ri- ó-se. [773].

℣. Mirábilis Deus in sanctis suis. [192].

AS:72; 1519:83r; 1531:39v.

Ant. I.v.  2555.

EC-ce vi-di * Agnum stantem supra montem Sy-on :




*Oratio.* Deus cujus hodiérna. 406.

## *Memoria de nativitate.*

*Ant.* Virgo verbo. *ut supra.* 338.

℣. Verbum caro. 305.

*Oratio.* Concéde quésumus. 323.

## *Memoria de sancto Stephano.*

*Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac ant.* Lápides. *ij. de laudibus.* 362. *ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant.* Adhésit ánima. *iij. de laudibus.* 363.

℣. Glória et honóre. [687].

*Oratio.* Da nobis quésumus. 334.

## *Memoria de sancto Johanne.*

*Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant.* Hic est discípulus ille. *j. de laudibus.* 396. *ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant.* Hic est discípulus meus. *ij. de laudibus.* 396.

℣. Valde honorándus. 372.

*Oratio.* Ecclésiam tuam. 372.

*Postea accipiat cruciferarius baculum episcopi [puerorum]*[41] *: et cantet ant.* Princeps ecclésie. *sicut ad primas vesperas.* 407.

*Similiter et episcopus puerorum benedicat populum supradicto modo. Et sic compleatur officium puerorum hujus diei.*

## [*Processio ad altare sancti Thome martyris.*]

*Tunc eat processio ad altare sancti*[42] *Thome martyris habitu non mutato, absque cereis in manibus : cantando responsorium cantore incipiente.*[43]

SP:15v; 1519:83v; 1531:39v.[44]

Resp. V.




601260.

[*Tres clerici dicat versum.*][45]




601260a.

[*40r.*]



cultor in á- re- a. †Ce- lum.

*Deinde dicatur prosa ab omnibus qui volunt in superpelliciis coram altare.*

1519:84r; 1531:39r.[46]

Prosa. V.



601260Pa. Clangat pastor in tu-ba córne- a. A.

*Chorus respondeat cantum prose post unumquemque versum super litteram* A.



℣. Ut lí-be-ra sit Chris-ti ví-ne- a. A. ℣. Quam



assúmpsit sub carnis trá-be- a. A. ℣. Li-be-rá-vit



cru-ce purpú-re- a. A. ℣. Advérsa-trix o-vis erró-



ne- a. A. ℣. Fit pastó-ris ce-de sanguíne- a.



A. ℣. Pa-viménta Chris-ti marmó-re- a. A.




[ ¶ *Et notandum est quod per totum annum non cantatur hec prosa nisi tantum in hac processione et ante missam in processione si domnica fuerit.*][47]

*Ad hanc processionem non dicatur* Glória Patri. *sed dum prosa canitur thurificet sacerdos altare : deinde imaginem beati Thome martyris et postea dicat modesta voce versum,* Ora pro nobis beáte Thoma. 462.

[Orémus.][48]

*Oratio.*

Deus pro cujus ecclésia gloriósus póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : presta quésumus ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis sue salutárem consequántur efféctum. Per.

*In redeundo dicitur ℟. vel antiphona de sancta Maria.*

*Ubi vero non fit processio de sancto Thoma : tunc fiat in primis de eo memoria ante memoriam de nativitate cum hac antiphona.*

AS:72; 1519:84v; 1531:40r.[49]

203776. Ant. I.v.




℣. Ora pro nobis beáte Thoma. 462.

*Oratio.* Deus pro cujus ecclésia. 440.

[*Memoria de nativitate ant.* Virgo verbo. 338. *versiculus* Verbum caro. 305. *Oratio ut supra.* 323.

*Deinde de sancto Stephano ant.* Adhésit ánima. 363. ℣. Glória et honóre. [687]. *Oratio ut supra.* 334.

*Deinde de sancto Johannes ant.* Hic est discípulus meus. 396. ℣. Valde honorándus. 372. *Oratio ut supra.* 372.][50]

¶ *He sequentes antiphone dicantur ad memoriam de innocentibus per octavas quibus dictis dicantur antiphone de laudibus : et postea de nocturnis [hoc modo].*[51]

AS:72; 1519:84v; 1531:40r.[52]




3602.

AS:72; 1519:84v; 1531:40r.[53]




1364.

AS:72; 1519:85r; 1531:40r.[54]




1759.


Amen.




[Antiphonale-1519:78r.]

## Notes, pages 413-444.

[1] 1519:78r.

[2] In AS:67. 'gloriósus' is set G.F.GA.GF.F.

[3] 1531:37v. has 'eo', not 'ea'. In BL-52359:46r. 'ea' is set DEFE.DC. In PEN:17r. 'Heródes' is set D.F.G.

[4] In 1519:78v. 'suos' is set GFC.D. In AS:67. 'quibus' is set D.CB. In BL-52359:46r. 'dedit ante' is set CD.D DE.D.

[5] AS:68. has 'occisóris'; 'gládio'is set CB.CD.DE; 'adjocabátur' is set DE.D.D.CA.B. BL-52359:46r. has 'Irridébat'; 'occisóri' is set A.C.BC.CB.

[6] 1519:78v.

[7] In AS:68. 'respónsum' begins BA. In BL-52359:46v. 'tempus' is set GACABAA.AG. In PEN:17v. 'divínum' is set C.C.C.

[8] Many non-Sarum sources have 'innocéntium' ; Bede has 'nocéntium'.

[9] 'cunábilis', 1531:38r.

[10] BL-52359:46v. has:




In BL-52359:46v. 'Deus noster' is set FFED.DFF EGFF.FE; 'audívi' is set G.GA.G. In PEN:17v. 'clamant' is set CBGA.EFACGFFDED; 'audívi' is set DG.G.GF.

[11] In AS:68. 'dignis' is set AGFG.DF. In 1519:79r. 'Testimónio'appears thus:




In AS:68. 'Spirítui' is set thus:




In BL-52359:46v. the third syllable of 'testimónio' is set C; 'accípiunt' is set A.G.F.E; 'réferunt' is set GA.A.A; 'Glória' is set A.G.FE; 'et' is set FGFGA; 'Spirítui' is set C.B.CDCCA.GAFGADD. In PEN:17v. 'Dignus a' is set AG.ACDCBACCA DAB♭AGAGFGA. BL-52359:46v. and PEN:17v. have flats at 'ínnocens'. In AS:68. the final B of 'testimónio' is flat. In PEN:17v. the fourth syllable of 'testimónio' appears two notes later; 'consequúntur' and 'Spirítui' have flats.

[12] In AS:69. 'nóverant' is set G.FE.D. In BL-52359:47r. 'qui loqui' is set A AG.A.

[13] BL-52359:47r. has an extra note, F, at 'ínnocens'.

[14] 'fuérunt', SB:ccxxxvi.

[15] In AS:69. 'Hireúsalem' is set ACBCB.A.G.FGAAG; 'Víndica' is set A.GA.GFGAGEFFE. In BL-52359:47r. 'effudérunt' is set F.F.GA.AF; 'sanctórum' is set F.AFGACB♭.B♭A; 'aquam' is set FGAF.GEGAGEFEDED; 'et' is set FD; 'erat' is set EFDDCD.DFDF; 'Dómine' is set GA.G.G. In PEN:18r. 'sánguinem is set GA.G.G.

[16] In 1519:80r. 'víndica' is set A.CACBAG.AG. In BL-52359:47r. 'eos' is set EFGFE.FDEFEF; 'quia clamant' is set D.E F.G; 'te' is set GFACBCAGFGAAG. BL-52359:47v. has 'víndica Dómine sánguinem'; 'Dómine' is set BC.C.C.

[17] SB:ccxxxviii. has 'fuérunt' in error. In BL-52359:47v. 'non nóverant' is set ACBCDC CBAGAB.AG.G. In PEN:18v. 'sermóne' is set GFEFGACBACDCCBAGGFEFGFGFEFG.GACAB.AG.

[18] In AS:69. this antiphon appears a fourth lower, i.e. untransposed, making the interval below the finalis a whole tone. In BL-52359:47v. this antiphon appears a fourth lower; 'vivi non' is set AGF.GA A (=DCB♭.CD D). The flats appears in PEN:18v.

[19] In AS:70. 'negáta sunt' is set A.AG.FE G. 1519:80v. agrees here with Penpont:18v. and BL:52359:47v. In BL-52359:47v. the first 'Lícuit' is set FGA.G.G. In PEN:18v. 'quibus' is set C.CD.

[20] In AS:70. and PEN:18v. 'sanctórum' is set GGF.DC.C. In BL-52359:47v. 'tuórum' is set F.EDCDF.F.

[21] Bede Opera, Tom. VII. *Sermones Hyemales de Sanctis*, col. 314. [SB:ccxxxix.]

[22] 1519:81r. Lessons vii-ix. are an abridgement of Bede's Homilia XXXVI. 'De morte pretiosa martyrum.' See *The Complete Works of Venerable Bede*. ed. Rev. J. A. Giles. London: Whittaker &. Co., 184[illegible], p. 266.

[23] AS:70. has 'inquinavérunt'. In 1519:81r. the clef is a third too high for 'digni . . . muliéribus'. In BL-52359:48r. and PEN:19r. 'albis' is set AGAGFG.GF. In BL-52359:48r. 'quia' is set AFGACBAG.AFGACBABCBA. In PEN:18v. 'sancti' is set FGFGAAG.CAAG.

[24] 'certámine', SB:ccxl.

[25] 1531:39r. omits 'Dómine'. In AS:70. 'vivéntem' is set CD.FDFEF.ED; 'seculórum' begins F.ED. In BL-52359:48r. 'seculórum' is set F.F.EGFEFEDEFEFED; 'Dei' is set CCABCDFED.DBCDCBABCBA. In 1519:81v. 'sécula' is set CDEDDEDE.DCDED.DCBCCB. 1519:81v. has 'et benedicébant vivéntem'. In BL:52359:48r. 'seculórum' begins F.F. Penpont:19r. agrees with 1519:81v.

[26] In AS:70; Penpont:19v. the music of the ℣. 'Glória Patri' is the standard melody.

[27] 1519:82r.

[28] 1519:82r.

[29] 'imperpétuum', 1519:82r.

[30] In 1519:82r. 'irátus' is set G.FA.A. In BL-52359:48v. 'púeros' is set F.GA.G.

[31] In BL-52359:48v. 'púeros' is set E.F.E.

[32] In AS:71. 'clamant : Víndica' is set AA.ABAF A.CB.AG; 'nostrum' is set GF.E. In 1519:82v. a C-clef appears on the third line at 'nostrum'. The guides suggest that this C-clef should be on the fourth line.

[33] 1531:39v. has 'quia'. In AS:71. and Penpont:19v. 'Sábaoth' is set D.F.ED.

[34] In 1519:82v 'enim sunt' is set A.G G.

[35] '“qui', 1519:83r.

[36] The ℣. *Glória Patri* is not notated but is assumed to be sung.

[37] 1519:83r.

[38] This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce.

[39] 'homínibus', *Vulgate*.

[40] This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce.

[41] 1519:83v.

[42] '*beáti*', 1519:83v.

[43] '*responsorium sequens*', 1519:83v.

[44] 1531:40r. has 'assúmpte' for 'assúmpsit' and appears to have 'donátum' for 'donátus'. SP:16r. has 'rósea' for 'rúbea'. and 'Martir in te' for 'Martir vite'. In BL-52359:50v. 'domo' is set AAGFFEGF.FED.

[45] 1519:83v.

[46] In PEN:20r. 'trábea' is set AG.B♭.C; 'purpúrea' is set AG.B♭.C.C. PEN:20r. indicates the first two vocalized repetitions. In BL-52359:490v. this prose appears in a later hand; the beginning of the first vocalized repetition is indicated.

[47] 1519:84v.

[48] 1519:84v.

[49] In AS:72. the text has been obliterated. The music of 'filio, Quia' appears a third higher. In 1531 this folio is labelled incorrectly as 39. In PEN:21. 'pastóre' is set A.G.GFED. In AS:72. 'pacem' is set FGAGA.A. In BL-52359:49v. 'précio' is set DEF.D.D; 'plaudit' is set CAGA.A.

[50] 1519:84v. These rubrics seem redundant in view of the memories that precede the Procession for Saint Thomas, p. 430.

[51] 1519:84v.

[52] 1519:84v. omits the indications of psalm-tones for these three antiphons. In BL-52359.49v. and PEN:21. 'eas' is set A.G.

[53] In AS:72. 'Ambulábunt' is set D.E.F.G. In BL-52359:49v. the antiphon conclues as follows:



[54] In AS:72. 'novum' is set DCDE.D. BL-52359:49v. and 1919:85r. have 'Cantábant'. In BL-52359:49v. 'Cantábant' is set C.BAC.BA. 1519:85r. has 'voces illórum.'